



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Forma excommunicandi participantes cum prædictis Rectoribus citatum
vel locorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Sed & alia quoque poterunt imponi, quae magis vtilis, & honori fidei apta iudicabuntur: quod arbitrio Inquisitorum est relinquendum.

Forma denunciandi praefatos officiales absolutos ab excommunicatione.

Rater N. ordinis, &c. Venerabilibus, & nobis in Christo dilectis talibus talium Ecclesiarum rectoribus, seu cura animarum gerentibus, Salutem & mandatis nostris, &c.

Vobis, & cuilibet vestrum notum facimus per praesentes, quod tales, quos de mandato nostro, immo verius Apostolico, denunciastis publice fore per nos excommunicationis vinculo innodatos, ac euitatis, & euitari fecistis merito ut decebat, pro eo quia nolebant iurare coram nobis, quatenus Ecclesiam Dei defenderent contra haereticam prauitatem, absoluiimus ab excommunicationis praefate contra eos sententias per nos latis, pro eo quia (ut debebant) mandatis nostris antefatis humiliter paruissent: ac ut requisiti fuerant defendere Ecclesiam bona fide, & iuxta posse suum, ad sancta Dei quatuor Euangelia iurauerunt: ideo vobis dicimus & mandamus, quatenus eos de cetero non vitetis, nec faciatis ab alijs euitari. Datum, & cetera.

22 Si autem per duos, aut tres menses talem sententiam excommunicationis in causa fidei sustinuerint animo indurato, aggrauentur processus, & mandetur denunciari excommunicati publice in Ecclesijs antedictis, & hoc accensis candelis in terram proiectis, vel in aqua extinctis, & campanis pulsatis semel, vel pluries in hebdomada, seu in die: & hoc per litteras tenoris sequentis.

Forma litterarum aggrauidi praedictos, cum candelis extinctis, & campanis pulsatis.

Rater N. &c. ordinis praedicti &c. Venerabilibus, & dilectis in Christo nobis, curatis talis Ecclesiae, seu curam animarum gerentibus in eadem, Salutem, & mandatis nostris, &c. ut prius.

CVM Crescente contumacia, crescere debeat ipsa pena secundum canonica instituta: & nos frater N. Inquisitor praefatus, talē & talem, seu tales, eorum contumacia exigente excommunicauerimus, & excommunicatos vobis mandauerimus denunciare in causa fidei orthodoxae, pro eo quia recusarunt de defendenda Ecclesia contra haereticam prauitatem praestare canonicum iuramentum: & tales per vos de nostro mandato excommunicati, denuntiationi fuerunt per menses tot, nec

A parere voluerunt, nec velint nostris praefatis monitis ac mandatis, immo verius Apostolicis, & contumaciter sustinuerunt per dictos menses & in praesentiarum sustineant animo pertinaci: Ideo vobis & cuilibet vestrum in virtute sanctae obedientiae praecipimus & mandamus, quatenus continuando dictam iniunctam vobis per vos denuntiationem de praefatis excommunicatis, eosdem excōcitos denunciando, candelas ardentes vobis habentes, in terram proieciatis, seu in aqua, vel alias coram populo extingatis, & campanas pulsetis, seu pulsare faciatis ab alijs quolibet die semel: & tandiu praecipimus auctoritate Apostolica vos facere supradicta, quouisque a nobis oppositum habueritis in mandatis, &c. Datum, &c.

Si autem propter praedictas denuntiationes resisterint a contumacia antedicta, & praesisterint praefatum canonicum iuramentum in forma antedicta, absoluantur a dicta excommunicatione, iniuncta eis duriori quam prius penitentia arbitraria saluari: in qua penitentia adiungatur semper aliquid, quod directe cedat ad honorem fidei Christianae.

Ubi autem nec sic voluerint resistere a contumacia antefata, sed sustinuerint dictas excōcitates, & denuntiationes cum candelis extinctis, & campanis pulsatis, per aliquos menses, poterunt aggrauari processus, & excōcitari cum sibi participantibus aliquibus, de magis visum fuerit, per formam tenoris sequentis.

Forma excōmunicandi participantem cum praedictis rectoribus ciuitatum, vel locorum.

Rater N. ordinis Praedicatorum, Inquisitor, &c. Venerabilibus dilectis nobis curatis, talis Ecclesiae, &c. Salutem, & mandatis nostris, &c.

Cū participare cum leprosis plurimū sit damnosum, & excōcicati praesertim in causa fidei, moraliter sint leprosi sic, ut ad se accedentes damnabiliter inficiant, & corrumpant, propter quod ut vere leprosi ardeantur, & merito a consortio hominum elongantur: ideo vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctae obedientiae auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte, praecipimus, quatenus in vestris Ecclesijs dū Missarū solennia celebrantur, & populi in eis fuerit multitudo, tali & tali, seu talibus, generaliter omnibus praecipiat, mādētis, & moneatis canonicē, vno proterno edicto, quatenus non participant comedendo, bibendo, pertractando, colloquendo, seu alias praedictis talibus. Vicario, Subvicario, Balliuo, &c. alias sciant se excōcitationis vinculo innodatos: quam excommunicationis sententiam in eos ut in contumaces, si contra fecerint, Nos frater N. Inquisitor praefatus, illorum contumacia exigente ferimus in his scriptis: absolutiones a dictis sententijs, si forsan incurrerint, nobis vel domino Papae solummodo referuantes. Datum, &c.

Quibus denuntiationibus factis, si cōsenserint praestare canonicū iuramentū, praesentem in forma superius explicata, & absoluantur a sententia excōmunicacionis.

† vide c. deat 11. q. 3.

24 Resistentes a contumacia absoluantur.

25 Contra obstinatos vltimū procedendum excōcicando participantē cum eis.

26

Leuit. c. 13.

27 Et supponendo loca quibus praesentem interdicto.

tionis, eis iniuncta arbitraria penitentia duriori. Si autem non praesiterint, poterit processus ulterius aggravare, ut scilicet terra, quae praedictorum excommunicatorum dominio seu regimini subfiant, supponantur ecclesiastico interdillo per formam tenoris sequentis.

Forma supponendi civitatem uel locum ecclesiastico interdillo, quia eius rectores noluerunt iurare, &c.

Nos frater N. &c. ordinis Praedicatorum, in dominio talis domini, Inquisitor haereticae prauitatis a sancta sede Apostolica specialiter delegatus.

Attendentes, quod talis Vicarius, talis Subvicarius, talis Balliuus, &c. talis ciuitatis vel loci, non solum recusauerunt praestare nobis canonicum sacramentum vel iuramentum, de defendenda Ecclesia contra haeticam prauitatem, quamuis ad hoc tenerentur secundum canonicas sanctiones, & per nos fuerint pluries requisiti: verum et permiserunt se hac ex causa contumaciter excommunicationis vinculo innodari, & publice excommunicatos denuntiari: ac crescente eorum contumacia fuerint denunciati publice excommunicati, et cum extinctis candelis & pullatis campanis, ac demum eum participantibus, iustitia requirente: & huiusmodi excommunicationis sententias, ac ipsarum denuntiationes publicas, & aggravationes sustinuerunt per menses plures, seu tot, animo pertinaci in detrimentum animarum suarum ac salutis, & contemptum non modicum Ecclesiae sanctae Dei, & tolerant animo indurato et de presenti: Ideo nos frater N. Inquisitor praefatus dignum existimantes, quatenus pena exerceat, contumacia exercecente: & ut antefati excommunicati Vicarius, Subvicarius, & ceteri antedicti, vilius inducantur ab antedicta contumacia resilire, & ad gremium sanctae matris Ecclesiae aduolare; ipsam talem ciuitatem vel locum, qui subest regimini eorundem, supponimus ecclesiastico interdillo: nolentes, quod praefatum interdillum per alium, quam per nos seu Romanum Pontificem relaxetur. Datum, &c.

29 Quo appposito, interdillum executioni debita demanetur per litteras formae sequentis.

Forma denunciandi talem ciuitatem uel locum esse suppositum ecclesiastico interdillo.

Rater N. ordinis Praedicatorum, &c. Venerabilibus & nobis in Christo dilectis curatis talis Ecclesiae: Salutem, & mandatis nostris, &c.

Vobis vniuersis & singulis tenores nostrarum litterarum praesentium intimamus, quod nos iu-

stitia requirente talem ciuitatem, seu locum supponimus ecclesiastico interdillo per nostras litteras, & sententias tenoris sequentis: Nos frater N. ordinis fratrum Praedicatorum, &c.

Inserantur ex toto litterae immediate praecedentes: Quia propter vobis & vestrum cuiuslibet in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis poena praecipimus, & mandamus: quia excommunicationem in vos, nisi infra sex vel tres dies, quos vobis vna pro trina monitione canonice assignamus, feceritis quae mandamus, ferimus in his scriptis: quatenus infra Missarum solemniam in vestris ecclesiis, quando ibi fuerit populi multitudo, denuntietis publice & alta voce, talem ciuitatem seu locum esse & fuisse per nos excommunicatis praefatis suppositum ecclesiastico interdillo, nec relaxandum per alium, quam per nos, vel dominum nostrum Papam: vos idem interdillum seruetis, & facietis in vestris ecclesiis obseruari, quousque de relaxatione vobis constiterit legitime, prout decet. Datum, &c.

B Quod si ciuitas praedicta excommunicatos coegerit, seu induxerit ad praeslandum petitionis iuramentum, absoluentur ipsi excommunicati in forma ecclesiae anteposita, & mandabitur curatis qualiter sunt absoluti in forma superius enarrata. Et ciuitatis interdillum relaxabitur per litteras tenoris sequentis.

C Forma absoluendi praedictos, officiales & relaxandi interdillum.

Forma absoluendi praedictos, officiales & relaxandi interdillum.

Nos frater N. ordinis Praedicatorum, &c. cetera.

Attendentes quod tales, ciuitatis talis regimini praesidentes, contumacia postulante fuerunt per nos excommunicationis vinculo innodati, ac demum ipsa ciuitas antedicta supposita ecclesiastico interdillo, ut saltem sic inducerentur a tanta contumacia resilire, ac iurare de defendenda Ecclesia sancta Dei contra haeticam prauitatem: & ipsi tales, saniori consilio adherentes, ipsa ciuitate eos suis sanis consultationibus, ad huiusmodi inducente, a saepefacta contumacia resilientes, praestiterunt antedictum petitionis nobis canonicum iuramentum: & quia dignum existit, quod eis obedientia suffragetur, ad quam se de proximo reducerunt, & cessante culpa cesset & pena: Eapropter Nos Inquisitor praefatus eos a sententia excommunicationis praefatae absoluiimus in forma ecclesiastica conuicta, & pro absolutis habemus, & haberi ab omnibus volumus pro praedictis: ipsamque ciuitatem a dicto interdillo liberamus, ipsum interdillum totaliter relaxando. Datum, &c.

Quibus sic actis mandet Ecclesiarum curatis, quod interdillum demum non obseruent, nec praedictos excommunicatos vident, ne faciant. Ciuitatem per litteras tenoris sequentis.